

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ,

*Vitam & Merita M. ISAACI B.
ROTHOVII,*

Episcopi q. Aboënsis,

Exposituræ,

Particulam XVIII:am & ultimam

Consensu Facult. Philos. in Acad. Ab.

PRÆSIDE

JOH. FREDR. WALLENIO,

Eloqu. Prof. Publ. & Ord. Imper. Ord. de S. Wolodim. in
quarta classe Equite, & Societt. Oecon. Imp. Fenn. atque
Reg. Wermel. nec non Soc. Patriot. Holm. Membro,

Pro Exercitio

Publicæ disquisitioni subjicit

JOHANNES MAGNUS A TENGSTRÖM,
Ostrobothniensis.

In Auditorio Juridico die XXIX Maji MDCCCXIII.

Horis a. m. consuetis.

ABOË,

In Officina FRENCKELLIANA.

22

THE STATE OF NEW YORK
IN SENATE
January 10, 1882.

REPORT
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE
IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED BY THE SENATE
MAY 15, 1881.

JOHN FREEDERICK WHELAN, JR.,
PRINTED BY THE STATE PRINTING OFFICE,
ALBANY, N. Y., 1882.

JOHN FREEDERICK WHELAN, JR.,
PRINTED BY THE STATE PRINTING OFFICE,
ALBANY, N. Y., 1882.

JOHN FREEDERICK WHELAN, JR.,
PRINTED BY THE STATE PRINTING OFFICE,
ALBANY, N. Y., 1882.

IN GREAT BRITAIN:
PRINTED BY RICHARD CLAY AND COMPANY, BUNGAY, SUFFOLK.

THESES RESPONDENTIS.

Thes. I.

Botanicen, quam Phytologiam nonnulli appellarunt, ejusque non minor est utilitas quam svavitas, ad magnum jam pervenisse perfectionis fastigium læti agnoscimus; at quominus id assequatur unquam, ut nulla amplius ditari possit nova specie, vel illa impedit naturæ lex, qua fit, ut e plantis diversæ originis novæ subinde oriantur, parentum utramque biforini facie referentes.

Th. II.

Esse vero multa Plantarum Animaliumque Historiæ communia, is non mirabitur, qui noverit, magnam intercedere inter utrumque organicorum corporum genus analogiam.

Th. III.

Quam, ut characterem organicæ naturæ generalem, assumsit Cel. REIL capacitatem determinatæ formationis, non huic soli, sed qua partem etiam inorganicæ, competere, nemini esse potest ignotum. Quæ vero plantis & animalibus communia, sed a structura inorganica aliena plane sunt, a vita utrorumque pendent: cujus e theoria, Anatomes ope collustrata, humorum motus, nutritio per alimenta intro suscepta & assimilata, propagatio tam sexualis quam afexualis, & reliqua organismi tam sani quam morbidi phænomena, ipsaque mors, optime explicantur.

Th. IV.

Est præterea in hac cognatione memorabilis mira Parasitarum natura, eademque in plantis maxime ad fontes nutrimenti varios indagandos plurimum faciens.

Th. V.

In finibus corporum tam similium constituendis nusquam, ut facile intellectu est, magis laboratur, quam in discernendis

dis ultimis, qui catenam alterutrius incipiunt finiuntque, articulis. Nullum tamen nos quidem putamus esse animal, cui sensus desit motusque voluntarius, quantumvis in multis partum manifesti; cum contra plantæ sola gaudeant irritabilitate. In minutioribus aut alia de causa obscurioribus discrimen adjuvat Analysis Chemica, in plantis Carbonii, in animalibus Azoti indicans superpondium.

Th. VI.

Irritabilitatis nuper memoratæ, quamvis in vegetabili corpore multo quam in animali inertioris, haud exiguæ tamen, immo vero insignes sunt in totius organismi functionibus partes, eademque in fecundationis negotio maxime conspicuæ: exemplo *Parnassia*, *Drosera*, *Berberidis*, cet. quemadmodum in diseminationis opere multum valet naturæ mortuæ propior elasticitas. Ubi vero aut languidior est irritabilitatis vis, aut peculiaris obtinet organorum genitalium partim conformatio, partim tempestivitas, situsve in viduis utrinque thalamis fixus, Insectorum in prole propaganda adjumento uti solet admirabilis multorumque provida natura: quod in dichogamis præsertim dioicisque est frequentissimum.

Th. VII.

Cum propter aberrationes naturæ plurimas, extremorumque semet invicem contingentium affinitatem, fieri nequeat, ut systema artificiale ullum in omnibus cum naturali conveniat, LINNEO vitio vertendum minime est, quod e. c. *Salviam* & *Rosmarinum* a *Didynamis* separavit, contraque *Quercum* & *Caricem* uni eidemque, *Monœcarum* scilicet, classi intulit.



morbi acutioris tactus doloribus. Et cum linguæ sermonisque usu simul privaretur, verbis vacillante manu tabulæ inscriptis cogitata sua assistentibus percontanda expressit, e quibus hæc ad posteritatis notitiam pervenerunt: *Non est dubitandum de perseverantia mea in fide.* Sed recuperata ex gratia divina paulo ante quam vitam cum morte commutaret, loquendi facultate, fiduciam quam in merito Salvatoris semper collocaverat lætam, invictissimam, clara quoque & diserta voce iterum iterumque testatus, pie in Domino obdormivit vesperscente die 10 Febr. a. 1652 (*) & in Templo Cathedrali Aboënsi sepultus est; ubi cineribus ejus, prope suggestum conditis, cippus impositus est, cui sequens Inscriptio, referente Rev. D. RHYZELIO, incisa est: *Episcopus per Finlandiam celebris Isacus*
M m *Ro-*

*) Has de supremis ejus diebus notitias hausimus e Literis JOH. WASENII (t. t. *Advoc. Fiscii*. postea vero *Assess. R. Dicast. Ab.* & denique nobilitati nomine LAGERMARK, Vid. Stiernmans Adel Matr. pag. 835.) d. 12 Febr. a. 1652 ad Ill. P. BRAHE missis, in Collectaneis *Brabæis*, quæ in *Rydboholm* servantur, obviis — De obitu ejus in Actis Consistorii Acad. nil occurrit, nisi quod parentale in manes b. Episcopi officium d. 3 Mart. ejusdem anni peragendum in *Juris Prof. & D. MICHAEL GYLLENSTOLPE* derivatum sit, quam parentationem typis non fuisse editam jure dolemus. — Acta Consistorii Eccles. a. 1652 desunt,

Rothovius, natus anno Christi 1572, denatus anno 1652, sub hoc saxo octogenarius quiescit. Corpori jungetur iterum, cum ultima clangit buccina ()*.

Effigiem meritisissimi Præsulis octogesimo ætatis^s suæ anno pictam servat Bibliotheca nostra Academica, principem locum tenentis inter Academiæ Auracæ Procancellarios. Macerum & pallidum vultum illustrent nasus insignis & barba promissa canescens. — Circa medium seculi proxime præterlapi ejus effigiem aliam in Osticina Ferraria *Caroli Gustavi* prope Eskilstunam fuisse conspiciendam, *Genealogia Rothoviana* perhibet.

Restat denique ut & scripta ROTHOVII nostri typis publicata, in continua quadam serie, temporum quibus prodire habita ratione, breviter recensamus,

*) Vid. A. O. RHYZELII *Episcop.* D. I. p. 349. Jacet hodieque dicto loco immotum idem saxum, pedibus vero commeanantium atque remeanantium adeo detritum, ut non nisi disjecta allatæ Inscriptionis membra observari queant. Interim tamen cum idoneam non habeamus causam cur negemus accurate descriptam RHYZELIO quondam transmissam fuisse, hac auctoritate percussi dubii hæremus, annon natales ROTHOVII nostri ad a. 1572 referre oporteat, quamvis jam supra p. 4 probabilius nobis, præeunte Nob. v. STIERNMAN, visum sit, ipsum a. 1570 in lucem editum fuisse. Rationibus ab utraque parte allatis, rem in medio relinquimus.



seamus, quamvis indicem eorum notissimi rei nostræ litterariæ Scriptores jam accuratum adeo pertexerint, ut non nisi paucissima ab illis omisa nobis addenda supersint (*). Fuere illa ex duplici potissimum genere, scilicet

I. *Disertationes Synodales* (**).

I. Disputatio Synodalis de N. Testamenti Sacramento initiationis Baptismo, ex Art. IX. Augustanæ Confessionis, Strengnesiæ, moderante Episcopo LAUR. PAULINO *Gotho*, habita, & impr. Holmiæ anno 1617. 4:o.

2. Theses de Magistratu Politico, Præsidente THOMA FLORINO *Norfindo*, Lect. Theol. Scholæ Ab. ventilatæ Aboæ in conventu Synod. & impr. Holmiæ a. 1629 4:o. (In Art. XVI. Aug. Conf.)

M m 2

3. Disp.

*) Otium in colligendis scriptis *Rothovianis* nobis fecere J. SCHEFFERUS in sua *Svecia Litt.* pagg. 105, 329 & 330. A. A. STIERNMAN in sua *Biblioth. Sveog.* p. 319 seqq. & *Aboa Litt.* p. 36 seqq. J. CHR. STRICKER *För-sök till ett Svenskt Homilet. Bibliotbek* pagg. 115, 116, & C. F. MENNANDER in *Orat. de Synodis* pag. 45 seqq.

**) Quamvis non constet an ex parte quadam etiam illæ, quæ ROTHOVII auspiciis, cum Dioccesin Aboënsis regeret, editæ sunt, ipsum Auctorem agnoscant, tamen & has hic recensendas putavimus, cum saltim suavis & auctoritate ipsius prodierint.

3. Disp. de Extremo Judicio, ex Art. Aug. Conf. XVII. in anniversaria Synodo Ab. dd. 8, 9, 10 Junii 1632, Præf. M. ERICO MATTHIÆ *Bohniens.* Log. & Eloq. Lect. Gymn. Ab. impr. Upl. anno 1632. 4:o.

4. Disp. Synodalis de Libero Arbitrio, ex Art. XVIII Aug. Conf. in annivers. Synodo Ab. d. 18 Junii 1633, Præf. M. MARTINO HEINRICO STODIO *Aboënsi* Gr. L. Lect. Wittebergæ a. 1633. (Cfr. supra pag. 81, 82.) & Holmiæ a. 1634. 4:o.

5. Disp. Synod. de Cœnæ Sacræ mutilatione, conjugio Sacerdotum & Missæ Sacrificio, Præf. M. GEORGIO ALANO Phys. & Bot. Prof. Ab. (In I, II & III. Art. Aug. Conf. de Abus.) in Synodo anniv. dd. 6 & 7 Sept. anno 1641. Impr. Holmiæ eodem anno 4:o (*).

6. Disp.

*) Suspiciamus ventilationem hujus Disertationis dilatam fuisse (de causa nil constat?) in Synodum anni sequentis 1642, dd. 16, 17 & 18 Junii celebratam, (Cfr. supra p. 211, 212.) cum in ipso limine Disertationis Synod. sequenti a. 1643 ventilatæ, significet Rev. TERSERUS *superiori Synodali Conventu actum fuisse de primis tribus Pontificiorum corruptelis s. abusibus?* Nisi credas eandem Disertationem bis publico Cleri Synodalis subje-
ctam fuisse examini?

6. Disp. Synod. de Confessione & Discrimine ciborum s. Traditionibus (in Art. IV & V Aug. Conf. de Abus.) Præf. JOH. EL. TESSERO. Theol. Prof. Ab. dd. 17, 18, 19 Jan. a. 1644. Impr. Ab. 1644.

7. Disp. Synod. de Votis Monachorum, Præf. M. NICOLAO LAUR. NYCOPENSE, Log. & Poës. Prof. (In Art. VI Aug. Conf. de Abus.) ad dd. 25, 26 & 27 Junii a. 1646. Impr. Ab. eodem anno. 4:o.

8. Theses Synod. de Magistratu & Potestate Ecclesiastica, (in Art. VII. Aug. Conf. de Abus.) Præf. M. MICH. O. WEXIONIO, Polit. Prof. Ab. ad dd. 21, 22, & 23 Junii a. 1647. Ab. eodem anno 4:o.

9. Disp. Synod. (in Conf. Aug. Art. I.) de Deo & S. S. Trinitate, Præf. M. SIM. S. KEXLERO, Math. Prof. Ab. in Synodo annivers. d. 17 Jan. & seqq. a. 1649. Impr. Ab. a. 1648. 4:o.

10. Disp. Synod. de Peccato Originali, (in H. dum Aug. Conf. Art.) Præf. SAMUELE G. HARTMANNO, Eloq. Prof. Ab. in Synodo dd. 17, 18 & 19 Jan. a. 1651 examinanda. Ab. impr. a. 1650 4:o (*).

Huic

*) Commemoret SCHEFFERUS, & post ipsum v. STIERNMAN, locis citatis, tres diversas Disputationum harum Synodaliū Aboënsium Collectiones, diversis Titulis sequentem in modum adornatas: 1. *Disputationes Synodales in Aug. Confessionis partem priorem ab a. 1627 ad 1640,*



Huic Disertationum Synodaliū seriei denique addere convenit

Ora-

*partim editæ Holmiæ, partim nondum editæ — 2. Disputationes Synodales in partem alteram Aug. Confessionis de Abusibus Ecclesiæ Romanæ, ab a. 1640 ad a. 1647. Aboæ. 4 — 3. Disputationes Synodales in dictam Confessionem Aug. denno inchoatæ a. 1648. Sed cum nec mihi, per plures quamvis annos, neque incuriose omnino, antiquiora quæ forte supersunt Litteraturæ nostræ monumenta perquirenti tales Collectiones conspiciendæ obvenerint, nec solertissimus Historiæ Litterariæ Fennicæ scrutator Rev. MEM-
NANDER l. c. mentionem quandam earum injiciat, crediderim facile ex ingenio SCHEFEERI inventas fuisse, cum commode satis in tres ejusmodi Sectiones distingui queant. Jam supra p. 22 observavimus in prima, quam ROTHOVIVUS convocaverat Synodo, disputatum fuisse in Art. XIV Aug. Conf. de *Ordine Ecclesiastico*, hanc vero Disertationem typis non esse editam. Simul vero & in eadem Synodo etjam Articulum XV ejusdem Confessionis de *Ritibus Ecclesiasticis* fuisse ventilatum, h. l. monere oportet, præcunte Rev. FLORINO in præcæmio jam allatarum Thesium Synod; de *Magistratu Politico*; impr. a. 1629, quod sic incipit: *Ante annum plus minus in Synodali Disputatione Articulus de Ministerio Ecclesiastico, ut & de Ritibus Ecclesiasticis, est explicatus; sequitur jam Art. XVI &c.* Reliquos vero scil. Art. XIX, XX & XXI. eadem ratione in conventibus Diocæsanis ab a. 1634 ad a. 1641 fuisse tractatos, sicque ordinem Articulorum Aug. Conf. in exercitiis t. t. Synodalibus fuisse servatum, non est quod dubitemus, quamvis Disputationes in hos locos elaboratæ lucem non viderint.*

Orationem Synodalem de Ministerio Ecclesiastico, in Synodo Veteris Carleby (*), in præsentia Pastorum Bothniæ Orientalis 3 d. Aug. a. 1628 habitam, a M. ISAACO Birgeri ROTKOVIO. Ep. Ab. Upsl. 1629. 4:o. (Cfr. supra p. 22.)

2. Conciones Sacræ (**)

1. En Christeligh Predlean om môte och samqvemder, in Math. XVIII. 20. hab. in Synodo Strengnes. d. 19 Junii a. 1616; impr. Rostochii eodem anno. 4:o.

2. Een

*) Cum vasta adeo sit ditio Episcopatus Aboënsis, ut Pastoribus & Ministris Ecclesiarum quam molestissimum fuerit e remotioribus locis Aboam confluere, Clero Ostrobothniensi dudum indultum fuit, suas in urbe Gamle Carleby, media nempe in provincia sita, celebrare Synodos.

**) ROTKOVIO nostro perquam familiare fuisse conciones Sacras coram populo habere, satis evincunt quæ jam supra p. 8. de diligentia ejus pastorali apud Nycopenfes comprobata notavimus. Ipsum neque minus impigrum fuisse in his officii sui partibus Aboæ agendis, ex jam allatis & plurimis aliis industriæ fatigari nesciæ documentis constat. Sapiunt omnes quas edidit conciones seculi sui genium, adeoque exempli loco Oratoribus nostris Sacris hodie haudquaquam ponendæ, ei vero, qui Historiam Artis Homileticæ nostratium scribere aliquando voluerit, accurate omnino pervoluendæ.

2. Een Christeligh Lijkpredikan öfver Junker Carl Gyllenborn, Herre till Diula Pf. XXVII. 13. hab. a. 1622. impr. Strengn. 1624. 4:o.

3. — — — öfver Elin Peders dotter, Lars Pedersfons Borgmäst. i Nyköping K. Maka. Ebr. XII. v. 5. Strengn. 1622. 4:o.

4. — — — öfver Herr Carl Gyllenstierna; 1622.

5. Een Christelig Predican om the Christnas Collatz och Gestabodh, hållen i Nyköping 2 Sönd. efter Trettoded. Strengn. 1623. 4:o.

6. Een Christligh och enfaldigh Predikan öfver then merkliga Historien Joh. 6 — jemte een kort förklaringh öfver then 4:de bönen i Fader vår; på Midfasto Sönd. i Nyköping. Strengn. 1623. 4:o

7. Lijkpredikan öfuer Barbro Axelsdotter Bielke, Vish. B. V; 16, 17. Om menniskiones rättfärdighet inför Gud, och Gudz barnas stora herlighet efter thetta lifvet. Stockh. 1624. 4:o.

8. Een Christlig Predikan, hållen uthi Åbo Bönd. d. 20 Maji 1633. om Sabbatzens rätta Helgd. Jer. XVII: 19 — 27. Stockh. s. år 4:o (*).

9. En

*) In linguam Fennicam translata prodit hoc titulo: *Yksi Christilinen Saarna, pidetty Turusa sen suuren ylösti-*

9. En Christelig Predican öfver then CXXIX
K. Davidz Psalm, på Börd. d. 7 Sept. 1633 i Åbo
Domk. Stockh. 1634. 4:o.

10. Een Christeligh Årepredikan - - öfuer K.
Gustaf Adolph i Maccab. IX: 20, 21. hållen i Åbo
Domk. 1633 tr. f. år i Stockh. 4:o.

11. En Christel. Lijkpredikan öfuer Mæerta O-
xenstierna. i Mos. XXIII: 1 — 4, hållen i Åbo
1633 tr. i Stockh. 1634. 4:o.

12. En Christeligh Tacksägelse Predikan hållen
i Åbo Domk. d. 15 Jul. 1640, på hvilken dagh en
Konungzligh Academia thersammaftådes bleff inau-
gurerat. Psalm. CVI: 48. Ups. 1641. 4:o.

13. Några (III) Christeliga Bootpredikningar
hållne i Åbo. Gen. VI: 1 — 9. Joël. I: 14. i
Tim. II: 1, 2. af trycket utg. Ministerio Diocesano
till tienst Åbo 1643.

14. Lijkpredican öfuer Gen. Thorstan Stäl-
handske Psalm. CIII: 15 — 17. om människians osta-
dige lägenheet &c. Åbo 1646. 4:o.

N n

15. Een

*sen Ruocos Päivän päällä 20 Maji 1634 (lege 1633)
Suomexi kääty a Jacobo Henrici; Pastore Alastarpenli.
Stockh. 1634. 4:o (Biographis Rothovii antea non
commemorata.)*

15. Een Christelig Predican uppå Taekfäjelse daghen d. 7 Nov. a. 1645 för Freden med Danmark Psalm CXLVII: 12 — 20. Åbo 1645. 4:o.

16. Then Christeliga Lärän om en sannskyllig boot och bättring — utaff Hieremie klagovijlor i 20 Predikningar författat, och i Åbo Domkyrkio hållne, 1645. 8:o pagg. 326.

17. Een Christeligh Lijkpredican öffuer Fru Sophia de la Gardie, begraffuen i Ulffsby Kyrkia d. 23 Jan. 1648. Eccles. l: 1 — 12 tr. 1. år i Åbo 4:o.

Præter jam allata typis excudi fecit:

De cavenda Idololatriæ abominatione Commonefactio Pastoribus Dioeceseos Aboënsis misa. Aboæ 1646. Svecica lingua conscripta. I $\frac{1}{2}$ ark 4:o.

Constitutiones (XLV.) Pastoribus in Dioecesi Aboënsi conditæ; etjam Svecica lingua exaratae, I. ark 4:o (*).

Sunt

*) Recusæ in R. Ep. WALLQUIST *Eccles. Saml.* 2. Fl. p. 266 seqq. Cfr. supra pagg. 97, 98. Neque hujus opusculi apud antiquiores rerum nostrarum Ecclesiasticarum Scriptores mentio aliqua occurrit.

Sunt hæc quæ nobis innotuere & hucusque
conquirere valuimus, industriæ *Rothovianæ* præclara
atque indubia specimina, typis in publicam lucem
divulgata, quæ, quamvis nullam insignem testentur
eruditionem, multo minus singulare quoddam for-
tiusque prodant ingenium, tamen satis superque si-
gnificant eum pertinaci & ad senectutem usque
indefesso studio in omnibus, saltim præcipuis, officii
sui partibus explendis solerter desudasse, adeoque de
Religione & Ecclesia Dei, de Diocesi Aboënsi, &
de universa denique Patria, optime fuisse meritum.

Index

præcipuarum rerum & personarum.

	Pag.
Academia Aboënsis.	186
Adjuncti	158
Auditoria	194
Bibliopolæ	161
Cancellarius	158
Constitutiones	154
Inauguratio	153
Institutio	31, 145, 182
Lectiones	156
Privilegia	161
Pro-Cancellarius	169
Profesores	185
Promotiones	170
Rector	173
Salaria Professorum	180
Studiosi	187
Typographia	270
Achrelius (Er.)	
Acta publica Regia.	
1616 d. 4 Febr. de salariis Episcopi & Cleri Dioec. Ab.	250
1627 d. 6 Mart. Litteræ Collationis Episcopo Rothovio datæ	10
1628 d. 21 Mars Litteræ Collationis Theol. Lect. Petræo datæ	50
1630 d. 9 Jan. de parœcia Pargas Episcopo tradenda	251
1633 d. 15 Apr. Litt. Collat. Lect. Theol. Vigelio datæ	54
	1634

1634 d. 17 Jan. Commendatio Petræi ad Past. Aboens.	51
— d. 11 Aug. Litt. Collat. Theol. Lect. Erico Mathiæ datæ	62
— d. 13 Aug. Litt. Collat. Polit. Lect. Gallio datæ	93
1635 d. 13 Jul. de promotione Claudii Martini	243
— d. 2 Oct. venia absentia e comitiis Rothovio data	272
1636 d. 5 Jul. Litt. Collat. Theol. Lect. Stodio datæ	67
— d. 5 Jul. de disciplina eccles. consti- tuenda	111
1638 d. 2 Maji de conscriptione militum	135
— d. 22 Oct. de Religionis & Ecclesia- rum statu in Finlandia	145
1640 d. 30 Mart. de Pro Cancellario Acad.	165
1641 d. 15 Apr. de Scholis Finlandiæ	31
1642 d. 21 Febr. Responsa ad petita Cleri Comit.	117
— d. 19 Sept. de Correct. Bibl. Fenn.	202
1643 d. 29 Aug. de distribuendis Bibliis Fenn.	204
1644 d. 8 Jul. de salariis Profesforum &c.	175
1645 d. 16 Oct. de donationibus Ep. Ro- thovio factis	254
1647 d. 31 Dec. de divisione parocciæ Uhleo	116
1648 d. 16 Febr. de Lapponibus Kemiensibus	217

Acta publica varia.

1626 Archi Ep. P. Kenicii &c. sententia de Episcopatu Ab.	9 1627
--	-----------

1627 Instructio Ep. Rothovii Senioribus Tem- pli Cath. data	24
1628 d. 14 Febr. Edictum N. Bjelke contra vitia varia	19
1630 Methodus didactica Gymnasii	33
1632 Litt. commend. alumnis Gymn Ab. datæ	46
— d. 7 Dec. Testim. Gymnast. Johanni Zeverino datum	88
1639 d 7 Maji Collationis Pastoralis formula	114
— d. 30 Oct. P. Brahe de variis rebus eccles.	126
1644 d. 9 Jul. P. Brahe de redivibus Acad.	177
1647 d. 5 Febr. Litteræ Terferi ad Consist. Acad. de Comitiiis	70
— d. 9 Apr. Litt. P Brahe ad Ep. Ro- thovium de iisdem Comitiiis	70
1656 d. 20 Junii de Stodio restituendo	78
1657 d 21 Maji Litt. Dicasterii Ab. de Stodio	84
Agricola (Mich.)	197
Alanus (Georg)	91, 168, 184
Becker (Joh.)	195
Biblia Fennica	196
Botvidi (Joh.)	9
Brahe (Petr.)	126, 149, 151, 163, 234
Bång (Petr.)	72
Comitia (Holmensia)	69
Constitutiones Eccles.	95, 97, 98, 282
Dalekarlus (Ol.)	172
Decimæ Eccles.	122
Dioceses Finlandiæ	212
Eleomosyna Scholast.	214, 234
Ericus (Erici)	15, 20
Favorinus (Greg)	201
	Fin-

Finlandiæ status sec. XVII	13, 103, 143
Florinus (Thom.)	58
Forsius (Henr.)	245
Forstadius (Arv.)	77
Forchelius (Er.)	60, 90
Gallius (Steph.)	93, 225
Gelzenius (Sveno)	193

Gymnasium Aboense.

Disciplina & mores	40, 44
Eleomosyna discentium	28
Examen publicum	44
Institutio	26
Lectiones & salaria	28, 33, 36, 67
Lectores	48
Obligatio Consistorialium	42
Rektoratus	44
Situs & Auditoria	37
Hoffmannus (Henr.)	22, 201
Hjander (Ef)	218
Jauchius (Laur.)	195
Juramentum in decimis pendendis	122
Jus Patronatus Nobilium	244
Kexlerus (Sim.)	168, 184
Kyrklättenfis (Er.)	75
Lapodius (Jac.)	218
Laponia Kemiensis	214
Lindormi (Nicol.)	91

Litteræ Circulares de variis rebus Ecclesiasticis.

1629 d. 6 Oct.	99
— d. 21 Oct.	17
1631 d. 24 Oct.	104
	1632

1632 d. 21 Apr.	-	-	-	-	105
1638 d. 30 Mart.	-	-	-	-	137
1639 d. 21 Nov.	-	-	-	-	124
1640 d. 18 Maji	-	-	-	-	206
—— d. 30 Maji	-	-	-	-	141
—— d. 12 Junii	-	-	-	-	154
1641 Domin. Exaudi	-	-	-	-	207
—— d. 21 Maji	-	-	-	-	177
1642 d. 2 Junii	-	-	-	-	207
—— d. 20 Junii	-	-	-	-	212
1643 d. 21 Junii	-	-	-	-	209
1644 d. 16 Aug.	-	-	-	-	238
—— d. 15 Oct.	-	-	-	-	179
—— d. 12 Dec.	-	-	-	-	203
Matthiæ (Ericus Bothn)	-	-	-	-	69
Melartopæus (Gabr.)	-	-	-	9, 21, 22,	31
Menkenstern (Christoph.)	-	-	-	-	194
Muurenius (Boët.)	-	-	-	85,	91
Necromanticæ artes	-	-	-	-	74
Neocleander (Andr.)	-	-	-	-	89
Nycopenfis (Andr.)	-	-	-	-	236
—— (Nicol.)	-	-	-	-	184
Orbergius (Joh.)	-	-	-	-	92
Orthodoxiæ studium	-	-	-	-	259
Pargas, Præb. Episc.	-	-	-	-	251, 262
Petræus (Andr.)	-	-	-	-	72
—— (Esch.)	-	-	-	48, 170, 183, 200,	224
Pratanus (Joh.)	-	-	-	252, 262,	270
Ridderhåf (Laur.)	-	-	-	-	267
Rothåf (Jon.)	-	-	-	-	268
Rothovius (Abr.)	-	-	-	-	261
—— (Birg.)	-	-	-	-	260
—— (Carol.)	-	-	-	-	264
					Rothe.

Rothovius Isaacus Birgeri Ep.	
Cleri reformandi cura	107, 141, 237, 246
Conciones	220, 279
Constitutiones Eccles.	95, 97, 98, 282
Dioceseos cura	22, 23, 95
Disciplinæ	110, 205
Disertationes Synodd.	275
Donationes ipsi collatæ	249, 253
Effigies	274
Filii	259
Filiæ	269
Genealogia	7, 258
Inauguratio Episc.	21
Lites cum civibus Abb.	223
— — Dicast. Ab.	230
— — Consist. Acad.	240
Matrimonia	257
Merita de Acad. constit.	151, 167
— de Republica	134
Morbus lethalis & mors	273
Morum cura	219, 232
Munerum distribuendorum	242
Natales	4
Obtrectatorum cavillationes	143
Opes hæredibus relictæ	257
Oratio Synodalis	279
Pastoralis Industria	8
Pro Cancellarius Acad.	165
Salaria Episc.	249, 252
Synodi	204
Rothovius (Isaacus Isaaci)	252, 261
(Laur.)	266
Salaria Pastoralia varia	56, 122, 124, 126
	Sala-

Salaria Episcopalia	-	-	-	-	249
Schola Aboënsis	-	-	-	18, 30,	49
Björneb.	-	-	-	-	31
Helsingfors.	-	-	-	-	32
Wiburg.	-	-	-	-	66
Selau (Petr.)	-	-	-	-	192
Stodius (Mart.)	-	-	-	64, 184, 200,	224
Sturæus (Joach.)	-	-	-	9, 23,	51
Svenonius (Enev.)	-	-	-	72,	236
Synodi Aboënses	-	-	-	21,	207
Terferus (Joh. El. sen.)	-	-	-	69,	183
(Joh. El. jun.)	-	-	-	-	184
Thauvonius (Abr.)	-	-	-	-	72
Typographia Ab.	-	-	-	-	22
Vigelius (Sveno.)	-	-	-	53, 183,	269
Visitatio Episc. Ab.	-	-	-	-	24
Nyland. Eccles.	-	-	-	-	75
Wald (Petr.)	-	-	-	-	189
Wafaborg (Gust.)	-	-	-	-	193
Wexionius (Mich.)	-	-	-	169, 170,	183

